



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 3. Boij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

- B E S } rimum torquet. Nobile habebat Amphitheatrum quod bello inter Cecinnam, & Spurinam deflagrauit, distabatque vrbs M D. passibus à Pado.
- ANA- } Emporium Placentinorum ad Padum, quod Annibal frustra obsedit, immo & hîc accepit vulnus, *vbi fuerit ignoratur.*
- MA- } Florentia, seu Florentiola, *Firenzuela.*
- NO- } FIDENTIA, seu FIDENTIOLA: *Borgo di San-Donnino*, dicta quoque & Iulia Fidentia, & Iulia Chryso polis in vitâ S. Domnini, sed ponitur in viâ Claudiâ: vtrum autem hæc pars Æmiliæ viæ sit dicta Claudia, non audet statuere Cluuerius.
- RVM. } Fossa ÆMILIA: cuius meminit Strabo lib. 5. producta à Placentiâ Parmam vsque, ducta an. V. C. 638. annis 72. à stratâ viâ Æmiliâ per M. Æmilium Lepidum inter Placentiam & Ariminum; hæc autem fossa ducta est à M. Æmilio Scauro, ob campos aquâ ni miùm dilutos per Fl. Trebiam, cui malo hac fossâ prouidit.
- FLV- } TREBIA: clade Romanâ inelytus, Plinio cognomine Placentinus: hodie *Trebbia.*
- VII } Hadria: *Larcha*, vt indigenæ putant.
- ANA- } Sesterio in vita S. Domnini ad Fidentiam urbem: hodie
- MA- } *Stirone, & Sestro, & Sestrone.*
- NO- } Tarus: *Taro, & Tarro.*
- RVM. }

NVM. 3. *Boj*, hodie la plus grande part du Duché de Parme, les Duchez de Reggio, & de Modene, l'Estat de Corregio, &c. partie du Mantouian deçà le Pô, la Frignane, partie du Bolognese, Duché de Mirandole, partie du Ferrarois.

- V } PARMA: *Parme*, incolæ Parmenses Plinio, Stephano Par mani; in viâ Flaminiâ facta Colonia V. C. an. 569. repara ta ab Augusto, & dicta Colonia Iulia Augusta Parma.
- R } Tannetum: *Taneto*, seu *Tanedo*, Liuius corruptè Cannetum, vnde malè ab indoctis collocatur trans Padum vbi nunc est
- B } *Canneto*, non procul à Pado: dicitur clarus locus pietate C. Seruilij Consulis, de quâ vide Liuium.
- E S }



BOIORVM.

FORVM LEPIDI in viâ Æmiliâ, postea Regium Lepidi Ciceroni: nunc *Rezzo*, & *Reggio*. Notat Festus ad Fretum Siculum Rhegium scribi per h, à frangendo, hoc autem sine aspiratione à regiâ dignitate, quare apud Phlegontem Trallianum dicitur *πόλις βασιλεια*. Incolæ apud Plinium aliquando Regienses dicuntur, aliquando Regienses à Lepido, alij ad Fretum Rhegini. Nomen accepit à M. Æmilio Lepido an. V. C. 565.

MVTINA: *Modena*, Gallis *Modene*, Colonia Rom. an. V. C. 569. obsidione Decimi Bruti per M. Antonium celebris.

Brixellum Col. *Bressello*, Paul. Diac. *Brexillus*, nobilitata morte Othonis post pugnam ad Bedriacum.

Forum Nouum: *Fornoue*.

Nuceria, seu Luceria, vtroque enim modo olim dicebatur: hodie *Lucera*, seu *Luzzara*.

BONONIA: *Bologne la Grasse*, in viâ Æmiliâ, malè Stephano Bobonia; cùm à Tuscis tenebatur FELSINA dicta, eorûmque metropolis ait Plinius lib. 3. cap. 15. Colonia fuit & Municipium Romanorum.

Forum Gallorum; vicus in viâ Æmiliâ, bellis ciuilibus nobilis, & Pansæ Consulis vulnere, ex quo paulò pòst obiit: hodie *Castel Franco*.

FLVMINA BOIORVM.

Parma Fl. *Parma*, Parmam urbem influens.

Nicia Plinij, in Itinerariis Nigella, ad Brixellum cadens; hodie *Hensa*, seu *l'Ensa*.

Gabellus in Tab. Itin. Secia: hodie *Secchia*.

Scultenna, Plinio, Liuiò, Straboni: *Il Panaro*.

RHEVVS: *Reno*; *Paruus* dictus Silio, *Bononiensis* Plinio in quo INSVLA, celebris constituto Triumviratu inter Octauium, Antonium, & Lepidum: nam Dio lib. 46. ait hunc conflatum esse in Insulâ Fl. qui Bononiam præterfluit. Appianus eam constituit in Fl. Lauino, hodie *Lauino* qui cadit in Rhenum, sed est admodum exiguus, nec habet Insulam quæ capiat tres viros à suis disinctos. Indigenæ locum ostendunt cœnosum inter Lauinium Fl. & Girondam Fl. lutosum; sed hæc omnia Cluuerius vt nugas explodit.